



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Fasti Mariani

Brunner, Andreas

Antverpiæ, M.D.C XXX III.

S. Wernhervs M. 19. Aprilis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70962](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70962)

RVS adductus, palàm Iovis patrocini-
 nium respuit, suavitque ipse è flammis
 causam Iupiter dicere juberetur; se
 diem ei dicturum, se ex fano obtorto
 collo ad iudices ignes rapturum, calo-
 que, pulcherrimo, quod unquam fecit-
 set, sacrificio ipsum Iovem immolatu-
 rum: probaret ille fulmine se Deum,
 pictosque suos ignes, & unà hos in ca-
 put sacrificantis, si posset, congereret.
 Indoluit Iovem, ludos fieri Proconsul,
 & DIOSCORVM jam Christianum
 flammis, THEODORVM verò qua-
 drigis raptandum dedit. Hic verò ab-
 euntibus in præcipitium equis, alio è
 cælo curru triumphans in Prætorium
 venit. In succensam exinde cum mili-
 tibus, quibus hæc miracula fidem fece-
 rant, fornacem coniectus, altero mane
 loqui reperitur PHILIPPÆ matri, quæ
 triennio antè captiva abducta, ad pre-
 ces filii per Angelum tum erat redu-
 cta. Advolat igitur tyrannus, milites
 hastà transfigit, matrem capite multat,
 THEODORVM ipsum in crucem a-
 git. Sed ille post tot victorias, non pe-
 tisset aliud trophæum. *Ex Menais.*

S. WERNHERVS M. 19. *Aprilis.*

WERNHERVS rustica, ex Trevi-
 rensi agro, progenies, egenis com-
 parcebat paratum diurno labore obso-
 nium: vitrici asperitatem, ipse tam miti
 inge-

ingenio, fugere coactus, in opilliones
 haud paullo mansuetiores incidit; nam
 & mapalibus fugientem, & esurientem
 cœnulâ exceperunt, quibus ne oneri fo-
 ret hospes asymbolus, defixo humi ba-
 cillo, novum è terrâ fontem salire ius-
 sit: à Pastoribus digressus in feras inci-
 dit; annum enim agentem XIV. Iudæi
 adhuc Christi in Christianis sanguinem
 sitientes, capite pronò columna alliga-
 runt, S. Hostiam ab ore repetituri: lo-
 ris deinde ac ferro per omnia membra
 crudelissimè grassati, satis docuerunt
 quàm longè Apellæ omnem humani-
 tatis sensum abjecerint: nam etsi tri-
 duo inter tormenta exacto, omnium
 opem ac commiserationem exposce-
 ret, ea tamen neque apud iudicem ar-
 gento corruptum reperit, inter acerbis-
 simos cruciatus id unum habiturus so-
 latii, quòd pendens demum ad exem-
 plum Christi animam efflavit. Cadaver
 eius in speluncam abjectum est, ne à
 Iudæis, sed feris laniatum credi posset;
 iusta nihilominus ei Cælum persolvit,
 multâ face circum cadaver accensâ,
 quæ WERNHERI innocentiam & Iu-
 dæorum crudelitatem detexit. *Ex Sur.*

SS. SVLPITIUS ET SERVILIANVS

MM. 20. Aprilis.

R visum te ad nuptias invitamus, sed
 (quemadmodum semper factum est)
 Agni;